Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 1127
Quelle:
Copyright:

quae incipit: *Erga fratrem illum de quo mihi, quod res exigebat, ſcripſiſti* &c. et legitur Edit. L. II. p. 343. ordine 8.

Terminant Codicem Excerpta ex ejus Tract. *De Concordia Praeſcientiae* &c. inſcripta: *Sententia Anſelmi Archiepiſcopi de Preſcientia Dei et libero Arbitrio.* Tractatus is extat Edit. *cit.* p. 123. atque ex eo hic potiſſimum *Quaeſt.* 1. *Cap.* I. II. III. et *Quaeſt.* 3. XI. delibantur. Ubi C. III. notanda lectio: *Sicut non eſt neceſſe deum uelle quod uult, ita neceſſe non eſt in multis uelle hominem, quod uult,* τo *non* ſecundi membri in Edit. non comparente. Addam praeterea locum, quem in Edit. non inveni: *Diuinę ueritati non eſt falſitas contraria quia illa ſemper eſt quod debet et nunquam eſt quod non debet. neque poteſt ulla res habere aut facere ſimilitudinem dei, quin mentiatur ſe eſſe deum. Sicut demones transfigurant ſe in hoc quod non ſunt. aut faciunt per magos ſiue magi per eos rerum ſimilitudines quę uidentur eſſe res quarum ſunt ſimilitudines et non ſunt. et ideo ſunt falſe ut falſus homo et falſus ignis. Nulla enim ſimilitudo ſummę ueritatis fieri poteſt. Nam cum demones dicunt ſe eſſe deos aut perſuadent hominibus idolum eſſe deum. illi mentiuntur qui hoc dicunt. ſummam uero ueritatem ſimulare nequeunt. Veritatis autem quam definiuimus eſſe rectitudinem mente ſola cognoſcibilem eſt quedam ſpecies cuius ſedes eſt in uoluntate quam dicimus iuſticiam quę ſic diffiniri poteſt. Iuſticia eſt rectitudo uoluntatis propter ſe ſeruata. Hęc uero diffinitio continet omnem iuſticiam. Huius contrarium eſt iniuſticia. Cuius hec eſſe poteſt diffinitio. Iniuſticia eſt abſentia debitę iuſticię. Non enim eſt iniuſticia niſi ubi debet eſſe iuſticia et non eſt. Dixi iuſticiam eſſe rectitudinem uoluntatis propter ſe ſeruatam. Dicendum eſt igitur quę ſit uoluntas. cuius rectitudo dicitur iuſticia. et quid ſit liberum arbitrium quo ſeruatur et ſine quo non ſeruatur rectitudo uoluntatis propter ſe.* Atque hinc in C. XI. ingreditur Excerptor. Definitiones paullo ante adlatas non ſemel repetit per Tractatus ſuos *Anſelmus;* ubi vero totus ille locus inſerendus veniat, Patrologis diſpiciendum relinquemus.

CCXCV. VII. H. 12

Codex membraneus lat. Sec. 690
XIII. Folior. 78. 4. probe ſcriptus *Ivonis* Seculo XI et XII. *Carnotenſis* Epiſcopi *Epiſtolas* et quaedam Alia complectitur. *Epiſtolae* ſunt numero CXX. Itaque pauciores iis, quas *Codd.* praeced. et CCLXXIV. indicavimus. Praemittuntur breviter Singularum *Argumenta,* tum Epiſtola hujus initii: *Venerabili Abbati de ſancto laurentio. N. A. humilis filius lugdunenſis ęccleſię ſalutem. Videndum eſt domine ne illa queſtio. que apud* (vos?) *ſic agitur. non in ſententia ſed in pugnis uerborum ſit* &c. De quaeſtione conjicias ex iis, quae ſubduntur: *Con-*

ſtat